Universitätsbibliothek Paderborn

Resolvtio Lvtheriana Svper Propositione Sva Tercia Decima De Potestate Papae

Luther, Martin

[Wittenberg], [1519]

VD16 L 5783

Co[n]cludo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32433

Visual Library

Decimaſexta. Si ad ſolos Petri ſucceſſores pertinet verbũ Chrĩ, Tu es Petrus, & paſce oues, pari ſequela cõcludetur, Solius Iohannis ſucceſſores eſſe filios Marię in cruce cõmendatos, ſolos plus cęteris dilectos, quia hũc ſolũ in cruce allocutus matri cõmendauit, ergo ab Epheſinis Epĩs accipiũt cęteri, vt ſint filij Eccl'ię & Marię. Item Soli ſucceſſores Iacobi & Iohãnis eſſent filij Tonitrui, & ſoli ſucceſſores Iacobi minoris, ſint fratres dñi, Et cĩno oĩm, ad quos Chrũs ſemel locutus eſt, ſucceſſores haberẽt eadẽ iure diuino, Quo quid vanius dici poteſt?

In fine dico. Me neſcire an Chrĩana fides pati poſſit, qđ in terris aliud Caput Eccl'ię vniuerſalis ſtatuit, p̃ter Chr̃m, ſunt qui Chriſtũ in eccl'iam triũphantem reijciũt, vt Ro. pont. militantis Eccl'ię caput conſtituũt, cõtra expreſſum Euangeliũ Matthei vltĩo. Ecce ego vobiſcũ ſum, vſq; ad cõſumationẽ ſęculi. Et illud Act. ix. Saule Saule, quid me pſequeris? Ideo em̃ regnũ fidei Eccl'ia vocat̃, Q, rex noſter nõ videt̃, ſed credit̃, Sicut i. Cor. xv. dicit. Oportet illũ regnare, donec ponat inimicos ſuos ſcabellũ pedũ ſuorũ, Et tũc tradet regnũ deo & patri. At hi, regnũ rerũ pſentiũ faciũt, dũ viſibile caput erigunt. Nã & mortuo pontifice, Eccl'ia nõ eſt ſine capite, cur ergo viuo pontifice, Chrũs nõ p capite ſolus habet̃? An viuo pontifici cedit & mortuo ſuccedit, velut quidã alternus pontifex? Si aũt & viuo pontifice Caput ẽ, vt quid duo capita in Eccl'ia ſtatuimus?

¶ Cõcludo. Om̃is ſacerdos in articulo mortis & neceſſitatis eſt Epũs, eſt papa, habens pleniſſimã plenitudinẽ ptãtis ſuper cõfitentẽ, vt tenet ſnĩa cõis totius Eccl'ię, & ex B. Cypriani epl'is euidẽter cõuincit, Ergo nec Papa ẽ Epĩs, nec Epũs eſt ſuperior preſbyteris, iure diuino tenet cõſequentia, quia ius diuinũ eſt ĩmutabile, tam in vita q̃ morte.

SOLI DEO GLORIA.